(84)

407

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

P. Misael Vazquez

Beatiss^e. Pater

Sententiam Patrum Societatis Jesu de grã et libero arbitrio quam plerique Dominicanae familiae Patres in controversiam vocant, ab eo plurimum abesse, quoe inter ipsos et Doctorem Ludovicum Molinam agitata in Hispaniis est, vel illud indicio sit, quod in censura propositionum Molinae ab iisdem exhebita S^ti V. mentionem de hac controversia nullam fecerunt eamq. sententioe partem quam P^res Societatis defendunt, nec attingerunt quidem. Huius porro inter Dominicanos et P^res Societatis controversioe ratio huiusm^oi est. An danda sit aliqua praedeterminatio Dei, et motio physica adeo efficaciter determinans voluntatem nostram, ut illi existenti voluntas nec dissentire possit, nec illam abijcere.

Patres Dominicani auctores sunt: quandam hac in re praevenientem determinationem, seu physicam praemotionem ita necessariam esse, ut absque ea voluntas nec operari, nec ad actum ullo modo determinare se possit, nec illi posita resistere, aut dissentire, aut eam abijcere. quam praemotionem, et physicam determinationem aux^m ipsi efficacem vocant. Hinc aut illud effici volunt fieri non posse, ut e duobus hominibus aequale aux^m physicum, et aequalem praemotionem habentibus unus ad Deum convertatur, alter nõ item. P^res Societatis facile concedunt illi quidem humanam voluntatem, à Deo moveri ac trahi grã praeveniente, et aux^o efficaci, sed physicam hanc praemotionem, seu praedeterminationem, adeo ex se efficacem, ut illi voluntas dissentire non possit, nec eam abijcere velit, non admittunt. Immo eam sacris literis, Conciliorum decretis Sanctorum P^rum dictis, communi scholasticorum Doctorum sententioe minime consentaneam, ac multarum opinionum fontem esse contendunt à vera Theologia vehementer abhorrentium.

Ex sacris literis

P^o. igitur eam sententiam sacris literis non congruere sic ostendunt. Matth. 11. dr: Si in Tyro et Sydone factoe fuissent virtutes, quoe factoe sunt in vobis, olim in cinere et cilicio poenitentiam egissent, quo loco ita urgent. Si Christi verbis fides adhibenda est, quod nemo Catholicus abnuet, iam Tyrij et Sidonij si quoe Christus miracula patraverat apud Capharnaitas ea apud se facta vidissent non modo à suis sceleribus per poenitentiam resipiscere potuissent, sed etiam re ipsa resipuissent ergo ad resipiscendum physica hoec praedeterminatio necessaria non est. Nam si hoec necessaria esset Christi verba vera non essent. non n. illi (quamvis apud eos illoe virtutes ac signa facta fuissent) aut poenitentiam agere, aut ad Deum se convertere potuissent, ne dum re ipsa convertissent, nisi physica hoec praedeterminatio accessisset. Quare non idcirco poenitentiam egissent Tyrij et Sydonij, quia virtutes, et signa apud eos facta fuissent quod Christus dixit, sed quia physicam hanc praedeterminat.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

terminationem à Deo accepissent, quod Christus non dixit. Et sane eleganter S. Aug.s lib. de bono
persever. c. 14. hunc locum explicans: Ubi inquit Aug.s, Tyrij relicti sunt, et Sydonij, qui etiam
credere potuerunt si mira illa Christi signa vidissent, et infra, cum multa de Judeorum excaecat.
dixisset, haec adiungit: Non erant sic excaecati oculi, nec sic induratum cor Tyriorum, et Sydonio-
rum, quoniam credidissent, si qualia viderunt isti signa vidissent, sed nec illis profuit quod pote-
rant credere. Jam vero si Tyrij Sydonijq. visis illis Christi virtutibus à suis sceleribus non resipuis-
sent nisi physica hac praedeterminatione, à Deo praemoti, qua tamen praemoti non sunt, et qua
praemoti à Deo viri illi Chorozain, et Bethsaidae proculdubio poenitentiam egissent. quid causae
erat, ut Christus tam acriter in eos inveheretur. Tam severe exemplo Tyriorum ac Sydoniorum
adducto qui ijsdem quibus illi physicae praedeterminationis auxilijs indiguissent suam Capharnai-
tis, et hinc alijs pertinaciam exprobaret. Nihil omnino causae fuisse fatendum est in hac physica
praedeterminatione opus erat quam neque eos in sua potate habuisse Theologica veritas. neque hac à Deo
praemotos fuisse ipsa eorum in sceleribus obduratio declaravit. Et tamen Mattheo auctore didi-
cimus eos graviter Christum adducto Tyriorum, et Sydoniorum exemplo obiurgasse. Tunc coepit (in-
quit Mattheus) exprobare Civitatibus, in quibus factae sunt plurimae virtutes eius quia non egis-
sent poenitentiam. Immo eodem pacto iniustae essent omnes Dei querelae, atq. obiurgationes, quae
in sacris litteris tam crebrae sunt. Prov. 1.o Vocavi, et renuistis. Isai. 5.o Quid ultra debui facere
vineae meae, et non feci. Ezech. 3. Matth. 23. Quoties volui congregare filios tuos, et Ad Rom. 2.
et alijs sexcentis in locis. Nam si physica haec praedeterminatio ad resipiscendum necessaria erat
eamque Deus illis denegaverat, quis esse poterat divinis querelis locus: quam Deus iustam illos
accusandi causam accipiebat? Nullam certe iustam P.res Dominicani huius accusationis causam
afferet, si in sua physicae praedeterminationis opinione persistant. Cum illi satis apte Deo respon-
dere possent se hac physica praedeterminatione destitutos, quantumvis alijs signis excitarentur à suis
sceleribus resipiscere non posse. eam vero praedeterminationem si acciperent, quae in ipsorum potestate non
esset illico poenitentiam acturos. Atque hac horum excusatione omnis illa divinarum querelarum cau-
sa concideret. Ad haec Joan. 20. Thomae incredulo se ipse Christus ostendens ait: Quia vidisti me Thoma
credidisti &. Ecce Thomas vi miraculi congrue proponiti credere dicitur. Quod si physicae illius
praemotionis vi suam voluntatem ad credendum flexisset Thomas, certe non ad inspectionem tanti mi-
raculi, sed ad physicam praedeterminationem fidem Thomae retulisset Christus, ac dixisset. Non qui

vidisti

vidisti me Thoma credidisti. Denique, ut sileantur coetera, Ecc.^ci^ 15. scriptum est: Deus ab initio constituit hominem, et reliquit eum in manu Consilij sui. et infra: Apposuit tibi ignem, et aquam, ad quod volueris porrige manum tuam. Quae verba sic expendenda sunt: Si Deus omnes actiones ita praedeterminavit, ut huic praedeterminationi voluntas resistere nequeat, certe non reliquit hominem in manu consilij sui. nec dici poterit ad quodcumque volueris homo, sed ad quodcumque voluerit ac praedeterminaverit te Deus porrige manum tuam. ad hoc enim duntaxat manum porrigere potest. Nos vero his atque alijs sacrarum litterarum testimonijs, quae alibi fusius attulimus, praetermissis ad Concilia gradum faciamus.

Ex Concilijs

2.° Ea sententia pugnat cum sacrosanctis Conciliorum decretis, ac potissimum Tridentini. Etenim Trid.^m^ sess. 6. cap. 5. cum ipso capitis initio necessitatem gratiae praevenientis ut peccator convertatur proposuisset deinde voluntatem libere consentire vocationi divinae docuisset illis verbis: eidem gratiae libere assentiendo. Demum explicat modum quo libera voluntas gratiae praehabitae per illuminationem Spiritus S.^ti^, et inspirationem quam recipit assentitur. Nimirum, ut Divinae vocationi cooperetur, non solum recipiendo, sed etiam agendo; non actione solum spontanea quod Calvinus, et Haeretici admittunt, sed etiam libera atque eo modo libera, quo possit ob intrinsecam libertatem non tantum suspendere concursum, et non consentire, sed dissentire quoque, et inspirationem abjicere. Haec enim habet. Ut tangente Deo cor hominis per Spiritus S.^ti^ illuminationem, neque homo ipse nihil omnino agat inspirationem illam recipiens, quippe qui illam et abjicere pot. Ergo si physica illa emot. et praedeterminatione ita voluntas ad consensum determinatur, ut non possit non consentire, falsum erit posse voluntatem non consentire, et inspirationem abjicere dum consentit, si vero si verum sit, ruet haec omnis difinitio Concilij quae est de fide, atque ita Concilio placuit, ut ad finem capitis ubi eiusdem sess.^is^ haec addiderit: Post hanc Catholicam de iustificatione doctrinam, quam nisi quisque fideliter firmiterque receperit iustificari non poterit; placuit Sanctae Synodo hos Canones subiungere, ut omnes sciant non solum quid tenere, et sequi, sed etiam, quid vitare, et fugere debeant. Quae cum ita sint, omnes etiam Dominicani P.res eam ut Catholicam doctrinam tenere, fideliter firmiterque recipere, ac nisi velint iustificari non posse concedere omnino debent, eam in quam quae docet lib.^m^ arb.^m^ inspirationem Dei, quam habet abjicere posse ijdemque eam sententiam vitare, et fugere debent, quae affirmat liberum arb.^m^ Deo actu excitanti, atque vocanti, non posse dissentire si velit

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

hoc enim Conc.m eadem sess. can. 4. definit his verbis: Si quis dixerit lib.m hominis arb.m à Deo motum et excitatum nihil cooperari assentiendo Deo excitanti, atq vocanti, quo ad obtinendā iustificationis gratiam se disponat ac praeparet, neque posse dissentire si velit, sed veluti inanime quoddam nihil omnino agere mereq passive se habere, anathema sit. Animadvertant igitur isti Conc.m definire lib.m arb.m active cooperari Deo excitanti, atq vocanti, ipsumq à Deo motum, et excitatum posse dissentire si velit, et certo ex hac diffinitione habeant lib.m arb.m ita actu vocationi consentire, ut eo ipso tempore, quo actu consentit, dissentire possit, et vocationem abijcere si velit. Ut multis doctissimis viris visu optimo mirum videatur viros Catholicam religionem profitentes post hanc evidentem definitionem sed hanc physicam istam praedeterminationem cui voluntas dissentire nequeat publice propugnare ausos esse, et eam de Justificatione doctrinam impugnare, quam idem Conc.m capite alt.o generatim sub anathemate definiit Catholicam esse, atq eo fidei nostrae veritatem Dei, ac Jesu Christi gloriam illustrari. At respondebunt aliqui, Conc.m his locis loqui in sensu diviso, non in sensu composito, contrariae vero sententiae assertores loqui in sensu composito. Sed mirandum profecto est doctis viris hanc solutionem in mentem venisse. Nam Conc.m loqui in sensu composito tam apertum, et clarum est, quam quod clarissimum, tum quia Conc.m statuit lib.m arb.m motum, et excitatum à Deo, et inspirationem recipiens, hoc est, et receptam Dei excitationem, ac motionem, et inspirationem, quam recipit posse, vel admittere, vel abijcere, quod sensum compositum efficit, tum quia hae voces (dissentire et abijcere) quas Conc.m usurpat ex propria sua notione sensum compositum involvunt. nemo n. non vocanti dissentit, sed vocanti. nemo abijcit, quod non habet, aut sibi ab alio non offertur sed quod habet aut offertur. Immo pugnantia loquuntur qui propositionem Concilij in sensu diviso veram esse contendunt, contendunt enim Patres Dominicani, Nam si voluntas ponatur absq hoc aux.o et motione, qui dici possint dissentire, atq aux.m abijcere? certe quamvis vere dicatur homo non converti quando actu non convertitur, tamen nullo pacto dici poterit dissentire, atq aux.m abijcere. Denique si propositio Concilij in sensu diviso vera est, haec etiam erit vera: Possum resistere voluntati Dei, quam omnes Catholici tanquam haereticam, atq illis verbis Ap.li Voluntati eius quis resistet? adversariam merito aversantur, et nihil? in sensu diviso fieri pot, ut non sit id, quod vult Deus, si ponamus Deum id non velle, et voluntatem eius à se volita seiungamus, quod est efficere sensum divisum. Quare si propositio haec. Possum resistere voluntati Dei,

vide

nude posita haeretica censenda est, pugnat enim cum verbis Apti, quae in huius vocis resistere sensum compositum includunt, haec quoque propositio: Non possum dissentire motioni Dei, vel non possum eam abjicere. qualis habenda sit aliorum esto iudicium. nobis certe definitioni Concilij manifeste repugnare videtur. quae in vocum (dissentire et abjicere) aeque ac vox (resistere) sensum compositum involvit, divisum excludit. Atque id ipsum ex actis Conc. pta. a. liquido constat. Ubi Patrum plurimi dissertissimis verbis nostrae sntiae suffragantur, ut videre est in peculiari scripto, quod hac de re, cum hoc memoriali exhibemus.

Ad hoc Joannes à Bononia Canonicus Louaniensis lib. de Providentia par. 2.a de lib.o arb.o fol. 103. in edit. Louanien. Ann. 1555. cum quorundam Catholicorum interpretationem illius loci Tridentinae Synodi retulisset haec scribit; Ceterum quia non desunt modo homines quamvis omni pietate sibilicet aliter de lib.o hominis asserere dum testificamur quam nos sentientes, ac ideo huius Oecumenici Concilij clarissimam doctrinam obscurare quodammodo conari videntur, dum dicunt, hominem habere libertatem arbitrij ut excitationi admonitionique divinae resistere possit, sed ijs inspirationibus atque monitionibus suppositis nullum resistere arbm. Obscurare autem dixi, quoniam ex dictis R.mi D.ni Hieronymi à Bononia Sedis Apostolicae Nuntij dignissimi, nec non Archiepi Consani professoris Theologiae peritissimi, atque sacri Palatij Magistri eximij apud Carolum Imperatorem V. cognomento Maximum residentis eandem opinionem in sancta Tridentina Synodo fuisse summa diligentia à Patribus discussam, et tanquam minus probabilem optimo iure percepi reiectam Haec ille

Postremo Conc.m Senonense in decreto 15.o fidei con. Lutheranos haec habet. Neque n. lib.m arb.m asserentes divinam excludimus propterea gratiam quod illi (Haeretici etc.) falso nobis imponere non verentur, atque hoc fumo credulorum oculos praestringere. Sed iuxta scripturam eo extendimus, ut voluntas humana misericordiae praevenientis aux.o suffulta, et interiore quodam, et occultiori secretioris inspirationis afflatu contacta ut se convertat in Deum, Deo appropinquet, et ad veram illam gratiam se praeparet, quae tandem accepta sit ad vitam aeternam. Neque tamen tanta gratiae necessitas libero praeiudicat arb.o, cum illa semper sit in promptu. Nec denique tale sit huiusmodi Dei trahentis aux.m cui resisti non possit. Haec Conc.m Senonense, quibus ad nostram sententiam nihil aptius: Addit praeterea Conc.m: quoties: quoties enim Dominus voluit congregare filios Hierusalem, sicut gallina congregat pullos suos sub alas, et noluerunt. Frustra certe Stephanus Judeos

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

Judeos duros ceruicis, et incircumcisi cordis, argueret, qui semper spiritui S.to restiterunt. Frustra Paulus Thessalonicenses admoneret spiritum ne extinguerent, si diuinis inspirationibus ineuitabiliter raperentur, trahit quidem Deus, sed in eius odorem currimus nô ui, non uero raptamur. Habemus Conc.m Senonense, cui merito maximam apud omnes auctoritatem conciliat cum episcoporum et Cleri totius Prouinciae, qui Synodo interfuerunt multitudo, tum et Parisiensis Academiae, quae ea tempestate florebat, ut cum max.e insignis eruditio et doctrina. Celebratum est enim Parisijs celeberrimo Doctorum virorum totius fere Galliae conuentu. Coeptum anno Dñi 1527. perfectum Ann. 1528. Clemente VIJ. Pontifice Max. Pontificatus eius Anno quinto praeside Ill.mo Card.li Antonio à Prato Archiep.o Senonense, Galliarum, et Germaniae Primate Franciae Cancellario. Vt à ueritate non aberret, quisquis non unius Prouinciae sed totius fere Galliarum regni fidem hac Synodo declaratam ac testatam huic nostrae sententiae suffragari pronunciet. Nos ad SS. Patrum testimonia ueniamus

Ex Patribus

Haec Patrum Dominicanorum opinio discrepat à communi Patrum sententia. In primis D. Augustini cuius hac in re, ex Celest. Pap. ep.a ad Episcopos Galliae habetur tom. 7. operum Aug.i grauissima esse debet auctoritas, In plurimis in locis sententiam nostram amplexatus est, quae omnia referre hoc loco supersedemus, cum in fusiore alia disputatione attulerimus, ut libro de sp.u et lrâ cap. 34, cuius loci uerba ipsa expressit ut Conc.m Tridentinum, vbi Aug.s explicans donum uocationis, quod non est in nostra potestate: Nemo inquit habet in potestate, quod ei ueniat in mentem (per uocationem scilicet), sed consentire, uel dissentire propriae uoluntatis est. Et post pauca: Profecto et ipsum uelle credere Deus operatur in homine, et in omnibus misericordia eius, praeuenit nos. Consentire aut uocationi Dei, uel ab ea dissentire propriae uoluntatis est. et lib. de Praedest.e SS.orum cap. 1. Non quia credere, uel non credere non est in arb.o uoluntatis humanae, et lib. 83. qq.um q. 68. haec. Et quoniam nec uelle quisquam pot nisi admonitus, et uocatus, siue intrinsecus, ubi nullus hominum uidet, siue extrinsecus per sermonem sonantem, aut per alia signa uisibilia efficitur, ut et ipsum uelle Deus operetur in nobis (per uocationem scilicet ut primis uerbis dixerat) et addit, ad illam enim caenam, quam dicit Dominus in Euangelio praeparatam, nec omnes qui uocati sunt, uenire uoluerunt, neque illi, qui uenerunt uenire possent, nisi uocarentur. Ecce tenet Aug.s uocationi, cui aliqui consenserunt, alios non consensisse, ac cum huius q.is 68. meminerit Aug.s lib. 1. retract. c. 26. nihilque horum retractauerit, indicium euidens est, hanc quam nos sequimur ueram fuisse ac germanam Aug.i sententiam. Sed suppetunt alia non minus clara eiusdem testimonia. Idem lib. 1. ad Simplician. q. 2. Nemo itaque credit non uocatus, sed nô

omnis

omnis credit vocatus. Quod autem de vocatione sermo sit, qua et ipsi credere potuerant aperte liquet ex iis, quae subjicit ut exemplo Esau, de quo ait: Noluit ergo Esau, et non cucurrit, sed si voluisset et cucurrisset Dei adjutorio pervenisset, qui ei et velle, et currere vocando praestaret. Et infra: Si vocatio ista est effectrix bonae voluntatis, ut omnis eam vocatus sequatur, quomodo verum erit multi vocati, pauci vero electi? Eadem fere lib. de dono persever. cap. 19. omnibus illis locis, in quibus e duobus aequali vocatione vocatis, alterum ait converti, alterum non item. nam eo ipso quod alter resistit, sentit Aug. eum qui convertitur divinae vocationi, et aux.º praevenienti resistere potuisse. Vide lib. 83. qq. q. 68, et lib. 12. de Civit. cap. 6. lib. de Gelest. et gra. cap. 15. et plurimis alijs in locis quos plenius in ipso afferemus, alio ubeniorem desiderant tractationem, tantum hic dicimus universos Complutensis Academiae professores opinioni nostrae tanquam verae, ac germanae Aug.ⁱ sententiae subscripsisse quod cum ipsi suffragium literis sive consignatum apud Pontificium Hispaniae Nuncium extare voluerunt, quarum nos literarum publicum exemplum habemus.

Ad Aug.ⁿⁱ testimonia accedunt alia plurimorum Patrum, ut Clementis Papae et M.ʳ 3. Decretali de officio Sacerdotis, cuius haec sunt: Si quis sane audiens sermonem veri prophetae, velit, aut nolit recipere, et amplecti onus eius, idest mandata vitae in sua habet potestate, liberi enim sumus arbitrij, nam si hoc esset, ut volentes ea, iam nõ haberent in sua potestate aliud facere, quam audierant, vis erat quaedam naturae, per quam lib.ᵐ non esset ad aliam migrare sententiam, Et paulo inferius. Hanc quia liberum est animo, in quam velit partem declinare iudicium suum, et quam probaverit viam eligere. &c. quae verba manifeste physicam hanc determinationem ad unum eliminant, qua cum voluntas resistere non posset praedicationi veri prophetae, eiusque vocationi, atque eadem ratio est, de qualibet gratia praeveniente &c.

Irenei, qui et agens de actibus, et bonis supernaturalibus lib. 4. adversus haereses cap. 71. Gloria, inquit, et honor omni operanti bonum, dedit g.ª Deus bonum, quemadmodũ et Aplus testificatur, et qui operantur quidem illud gloriam et honorem percipient, quoniam operati sunt bonum, cum possint non operari hi autem qui illud non operantur iudicium iustum accipient Dei, quoniam non sunt operati bonũ, cum possent operari illud.

Chrysost. homil. 19. in Genesim sub initium, cum de Deo loquitur, ait: Ipse quae sua sunt omnia pro sua misericordia semper exibet, et sicut absondita in profundo mentis et arcana novit, laudabilia consulit conatusque nostros malos reprimit, et necessitatem utique non imponit, sed congruis remedijs appositis totum totum iacere in aegrotantis sententia dimisit. Eiusdem sunt illa hom. 22. in Genesim. Verum quia in nostra voluntate totum post Dei gratiam relictum est, ideo et peccantibus supplicia proposita sunt, et bene

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

sperantibus retributiones. Similia hom. 42 ad popul. et alijs.

Cyrill. lib. xi. in Joan. c. xi. cum multa de Juda proditore dixisset haec addit: Si proditor aequaliter alijs discipulis Salvatoris aux.^m non habuisset, frustra haec à nobis dicerentur; sin autem non minus quam caeteri divina gr.a regebatur, sed suo ipsius iudicio in profundum perditionis delapsus est quomodo et non servavit eum Christus, qui suum patrocinium ei praebuit, qui quantum ad ferendam opem illi attinuerit servasset hominem, nisi ultro in perditionem insiluisset. Gratia igr. in alijs effulsit, servavitq. omnes qui cooperantem ei voluntatem tradiderunt; sic enim salutis nostrae modus dispositus est. Ponit ergo Cyrillus et aequales gr.as, quibus quantum erat ex se Christus omnes servabat, et hinc gratijs non determinasse efficaciter voluntates aliorum Apl.orum, ut voluntatem Judae non determinavit ac denique eidem gr.ae absque hac physica Dei praemotione Judam restitisse, caeteros consensisse.

Ambrosij, sive Prosperi lib. 2. de vocat.e gentium cap. 4. Quod non pot. inquit, nisi cooperante gr.a Dei fieri eorum meritis deputetur, quorum est potuit voluntate non fieri.

Damasceni lib. i. de fide c. xv. Si antiquiorem versionem sequamur: Nam ipse, inquit, Deus videlicet omnia quae non in nostra pot.ate sunt praescientia praedeterminavit ubi Graeca vox προώρισε proprie praedeterminare sign.at et lib. 2 c. 30. Illud quidem scire oportet Deum o.ia quidem praescire, sed non omnia praefinire praescit n. ea est, quae in nostra pot.ate, atq. arb.o sita sunt, at non item, ea praefinit, nec enim vitium admitti vult, nec rursus virtuti vim affert D. vero Thomas i. p. q. 23. ar. i. arg.to i. antiquam versionem sequutus ita refert. o.ia quidem praecognoscit Deus, non autem o.ia praedeterminat, praecognoscit enim ea quae in nobis sunt, non autem praedeterminat, atq. eadem Graeca voce προορίζω huic favet versioni.

Ansel. in illa Matth. c. 6. Fiat voluntas tua, asserit hominem, ideo non cogi à Deo, quia est voluntati iustitiae Dei resistere non possit, pot. resistere voluntati, qua ei Deus misericordiam confert. Deinde objicit sibi Paulum salvum videri coactum à voluntate Dei; respondit non ita esse, quia et si percussus voluntatis tamen erat libera, ut resisteret si vellet. Idem ipse lib. de concordia gr.ae, et lib. arbitrij c. 2. his verbis: quaedam praescita, et praedestinata non eveniunt ea necessitate quae praecedit rem, et facit, sed ea quae rem sequitur, supra diximus. Non n. ea Deus, quamvis praedestinat facit voluntatem cogendo, aut voluntati resistendo, sed in sua illam pot.ate dimittendo. Similia ille multis locis, atque alij praeterea multi S.ti Patres, quos brevitati studentes subticemus.

Ex D. Thoma.

4.o Dissentit [1 thom.s 2.a opinio] à com.i Scholasticorum sent.ia et in p.is S. Thom. i. 2.ae q. 10. ar. 4. qui haec habet. Quia igitur voluntas

voluntas est actiuum principium, non determinatum ad unum, sed indifferenter se habens ad multa, ni Deus ipsam mouet, quod non ex necessitate ad unum determinet, sed remanet motus eius contingens, et non necessarius, nisi in his ad quae natr mouetur, et q. 9. ar. 6. ad 3.m sine universali motione homo non pot aliquid velle, sed homo per rationem determinat se ad volendum hoc vel illud quod est vere bonum, vel apparens bonum. Hoc nobis officit, quod adiungit. Sed tn interdu specialiter Deus mouet aliquos ad aliquid determinate volendum quod est bonum, sicut, in his quos mouet per gram. Id n. explicandum est de speciali motione per inspirationes supernales habitus, atq alias animi affectiones ad gram praeuenientem pertinentes de quibus inferius late ex Patribus 2a 2ae q. 174. ar. 1. Vbi pter prophetiam comminationis duplicem D. Thomas constituit prophetiam praedestinationis Vnam, quae reuelatur prophetae quid Deus praedestinauerit, praescientiae alteram, quae a priori praedestinationis prophetica differt distinguitur, quia per eam non reuelatur prophetae aliquid praedestinatum, seu praedefinitum à Deo, sed praescitum tantum. ac pa ait D. Thom. esse de actibus, qui non sunt in nobis. 2a vero de ijs quae fiunt per liberum hominis arbm, ergo censet D. Thom. Deum non praedeterminare actus nostri liberi arbitrij cum ex hisce non sint, quae non sunt in nobis. Ipsum loquentem audiamus. Alio modo praecognoscit Deus aliqua in se ipsis, velut fienda ab ipso et horum est prophetia praedestinationis, quia sm Damascenum Deus praedefinit ea quae non sunt in nobis, vel ut fienda per libm arbm hominis, et sic est prophetia praescientiae, quae pot esse bonorum vel malorum et q. 3. de pot. ar. 7. ad 13. argi. Voluntas dr habere dominium sui actus non per exclusionem causae pmae sed quia causa prima non ita agit in voluntate, ut eam de necessitate ad unu. determinet, sicut determinat naturam, et ideo determinatio actus relinquitur in potestate rationis et voluntatis, ergo D. Thom. determinationem adhibit soli voluntati, et eam denegat primae causae, quia si Deus voluntatem determinaret, ubique necessitatem inferret. his similliam docuit 1. p. q. 41. ar. 2. cum voluntas, inquit, et natura sm hoc differunt in causando, quia natura determinata est ad unu. et ipsorum voluntas principium est quae ponunt sic vel aliter esse, eorum autem, quae nec ponunt nisi sic esse principium natura est. 3o cont. Gent. 1. c. 90. sub finem Damascenum exponens, ea quae sunt in nobis diuinae determinationi dicit non esse subiecta, quasi necessitatem adigentia, ut 1a p. q. 23. ar. 1. ad 1m quo loco Damascenum dixerat praedeterminationem impositionem necessitatis nominare: sicut est in rebus naturalibus quae sunt praedeterminatae ad unum. eadem lib. de gra, et de praedest. 1. l. q. 19. a. 2. et sexcentis alijs in locis.

Idem colligitur ex multis D. Thomae principijs, quae nullo pacto cum praedicta physica determinatione cohaerent. Nam si huiusmodi praemotionem antecedentem qua volunt uti eas omnes liberos et contingentes fu- uere à Deo ad suos effectus D. Thom. agnouisset, nihil laborasset in explicando qua ratione infallibiliter in Deo co

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

ex scientia futurorum contingentium, si hoc efficaci voluntate praedefiniret. Nec ad coexistentiam rerum omnium in aeternitate 1a p. q. 14. ar. 13. et saepe alias confugisset, quod difficile est explicatu. Praeterea, si eandem praedeterminationes efficaces adnotaret, non distinxisset diuinam voluntatem ex Damasceno 2. de fide cap. 29. in Antecedentem, et Consequentem, ut facit 1a p. q. 19. a. 6. ad 1m et 3o dist. 7. q. 1. ar. 1. et passim alias. Nam voluntas Antecedens, quam docet posse non impleri quia non fertur in effectum cum omnibus circumstantijs cohaerere non pot. cum huiusmodi praedeterminatione efficaci, cui semper et infallibiliter determinatus effectus adhaeret. Nec erat cur praemissa distinctione actuum voluntatis in primum, et sequentes doceret voluntatem nostram in primo actu moueri a Deo, in reliquis vero mouere se ipsam. Ita 1a 2ae q. 9. ar. 3. et 4. et q. 111. ar. 2. et q. 109. a. 2. ad 1m et alibi saepe. Nam posita aduersariorum praemotione voluntas non tantum ad primum, sed ad omnes actus reliquos mouetur a Deo; nec unquam se ipsa determinat, sed semper praedeterminatur a Deo

Ad haec 3o con. Gen. c. 70. minime dixisset, eundem effectum produci tum a Deo, tum ab inferiori agente, verum ab utroque immediate. Nam media esset illa praedeterminatio, ratione cuius Deus immediate ageret in causam inferiorem, potius quam in effectum, neque praeterea in 2o d. 1. q. 1. ar. 4. corp. et ad 3m docuisset eandemmet actionem promanare a causa prima, et 2a, et 2am determinare pro potius, quam determinari a pa et 1o con. Gen. c. 66. ratione 1a ubi hoc habet 2a agentia sunt quasi particulares et determinantes actionem pi agentis

Denique q. 6. de verit. ar. 3. non erat cur pro explicanda certitudine praedestinationis confugeret ad auxilia et adminicula a Deo parata praedestinatis, quibus ij infallibiliter vi alicuius illorum consentiant exclusa praedefinitione cuiuslibet actus in particulari. Sic n. ait Inuenimus ordinem respectu alicuius dupliciter Vno modo in quantum una causa singularis producit effectum suum ex ordine diuinae prouidentiae alio modo, quando ex concursu causarum multarum contingentium, et deficere possibilium peruenitur ad unum effectum, quarum unamquamque Deus ordinat ad consecutionem effectus loco eius quae deficit, vel ne altera deficiat. Rem explicat exemplo, tum subdit: Et hoc modo est in praedestinatione lib.um n. arb.m deficere pot a salute, tamen in eo, quem Deus praedestinat tot adminicula praeparat, quod vel non cadat, vel si cadat, quod resurgat, sicut exhortationes et suffragia orationum donum gratiae, et alia huiusmodi, quibus adminiculatur homo ad salutem. En S. Thom. omisso priori modo ordinationis efficacis ad posteriorem recurrit, ut arbitrij libertatem cum praedestinationis certitudine conciliet. Quod si praedeterminationem efficacem cuiuslibet actus agnouisset praetermisso posteriore qui est omnino superuacaneus, posita illa praedeterminatione priorem modum amplexatus esset.

Ex quibus et alijs D. Thomae principijs aperte colligitur huiusmodi physicam praedeterminationem quae ita efficaciter

praemoueat

praemoueat uoluntatem eiusq; determinat.^e^ eueniat, ut ei uoluntas resistere nõ possit, omnino ignotam fuisse D. Thomae, quid aũt ipse intelligat per causas 2.as moueri, et applicari docet à 1.ª causa declaratum est, et à nobis alibi copiosius, et à Suario latissime tom. 2.º suae Metaphys. dispu.^t^ 22. sect. 2. et 3.

Ex D. Thomae praeceptoribus, discipulis, et Sectatoribus

Quod aũt ea quam nos sequimur fuerit D. Thomae sñtia, et nos supra, atq; ex hoc et aperte colligitur, quod hanc eandem à suis praeceptoribus hausit, suis discipulis tradidit, nec aliam praecipui eius interpretes et sectatores illi tribuunt.

Ex praeceptoribus quidem Albertus Magnus 1.ª par. sum. tract. 16. q.^e^ 63. mem. 3. ar. 2. ad arg.^ta^ proposita part.^e^ 1.ª praesertim ad 3.^m^ Licet praedestinatio, inquit, praeparet isti grãm et gloriã, tñ quia iste liberi arbitrij erit pot. ponere obstaculum Spiritui S.^to^ et operationi diuinae, et pot. impedire ne conferatur ei, et in solut.^e^ ad arg.^ta^ opposita part.^e^ 2.ª Haec necessitas (scil. ex suppositione antecedentis) quia pendet à futuro, quod futurum dependet à contingenti sñ eam rationem, et potentem operari in contrarium, et ponere obstaculum Spiritui S.^to^ et à quo 1.ª causa non tollit modum suae causalitatis, eo quod sicut ait Damascenus, Deus non compellit uirtutem in bonis et ita ex illo impediri pot. Et par. 2.ª sum. tract. 16. q. 97. memb. 1.º optime ostendit nõ esse lib.^m^ arbitrium nisi respectu eorũ operationum, quas pot. facere, uel non facere, siue uel aliter facere.

Alex. vero Alensis 1.ª par. sum. q. 26. mem. 4. ar. 3. ex Damasceno sic ait, Sicut Damascenus ait, duplex est prouidentia, una sñ acceptionem, alia sñ conceptionem, et dicit quod prouidentia sñ acceptionem est, ubi non contingit esse resistentiam, nec contradictionem, et hoc modo est respectu naturalibus, quae sunt ordinata ne aliter possunt esse prouidentia aũt sñ conceptionem est de his ubi contingit esse resistentiam, et contradictionem, et sic est in libero arb.^o^ Deus n. dedit lib.^m^ arb.^m^ ut consentiat, uel non consentiat bono eorũ. Caetera, quae sequuntur satis ad rem nostram repetit et in solutionib; ad arg.^ta^ et q. 40. n.º 4. in solut.^e^ ad 3.^m^ Dicendum, inquit, quod quemadmodũ dicit Damascenus, quod Deus oĩa praecognouit, nõ aũt omnia praedeterminat; praecognouit aũt ea quae sũt in nobis, hoc est in potestatem nostri arbitrij, nõ aũt praedeterminat ea, praedeterminat aũt ea quae non sunt in nobis. Dicendum ergo quod uoluntas beneplaciti est respectu bonorũ dupliciter, aut cum praedeterminat.^e^, ut eorũ quae non sunt in potestate arbitrij, et haec sunt alligata necessitati, aut sine praedeterminat.^e^, et hoc modo est bonorũ, quae sunt in potestate arbitrij; sic n. uult illa bona ut relinquat nostrae facultati, et uoluntati, et ideo si fiat cõtrariũ, nõ fit cõtra eius uoluntatem

118

Ex discipulis D. Thomae egregius sane fuit Aegidius Columna Card.lis in 1o 2o par. dist. 5. q. 2. a. 1. uersic. Tenebimus q. ex dict. Hiri q. ipse (Deus uidelt) non converteret, et nisi nobis tales motus spirituales faceret no converteremur. Hoc est q. quod Damascenus dicit lib. 2. c. 30. ubi ait, quod ipse Deus est omnis boni principium, et causa, et sine eius cooperatione, et aux.o impossibile est bonum velle, uel facere. In nobis aut est, ut ait permanere in virtute, et sequi Deum ad hanc vocationem, uel recedere à virtute, quod est in malitiam ferri, et sequi diaboli ad hanc vocatione, et dist. 7. q. 1. ar. 2. uersic. Sunt aut, si sunt aut, inquit, alij impetus in quos Deus mouet ad gratiam qui si non essent, nulla esset receptio gratiae. Hoc ergo modo ut retigimus, homo adipiscitur gratiam, quia Deus semper, uel quasi semper, quamdiu sumus uiatores facit huiusi impetus in animabus nostris, quos possumus sequi, et no sequi; sequendo autem eos adipiscimur gratiam, non sequendo remanemus in culpa. Ex his, qui D. Thomae doctrinam profitentur, hanc nostram ut germanam D. Tho. sententiam sectantur Herueus quodl. 1o q. 1. a. 1. Capreolus in 1o d. 38. q. 1. ad 2um principale, et 3m con 4o conc.ed et 2o d. 28. q. 1. ad 12m con 2am conc.ed Caiet. 1. p. q. 14. ar. 13. et q. 14. a. 8. et q. 23. a. 7. Ferrari 1o con Gent. c. 67. circa 3o rationem D. Thomae dicto 2o praesertim ad confirm.a Scoti, et 3o con Gent. c. 159. uersic. Ad huius evidentiam praesertim ibi; homo aut est liberi arb.ij potestis diuinam motionem sequi, et non sequi. Sotus lib. 1o De nat. et gra. c. 16. sub initium, praesertim ubi dot, Quicquid Deus uult uoluntate absoluta, et quae dicitur beneplaciti fit circa illud: Voluntati eius, quis resistet? qn aut cum libero homine conuenit no uult illud fieri, nisi salua libera volunt.e, volunt.e quae idcirco resistere Deo pot, et lib. 4. sent. in explicationib. suar. opinionu, quas addidit ad finem huius lib. 4. uersic. Quidam vero ait voluisse quosdam meam hanc taxare opinionem, dicentes inquit, quod nimium tribuerim lib.o arb.o in iustificat.is causa, et tn salua semper Catholicae Ecc.ae censura, arbitror necess.o sic dicendum. Et infra. Idem Joannis testimonio confirmans cap. 6. Nemo pot venire ad me, nisi Pater qui me misit traxerit eum, tribuerit, inquit Sotus, qui audit, et didicit, venit ad me quem in nostra potest. sit habenti assentire, aut dissentire, atq ita in hac sntia perstitit Sotus, ut cum multa ex ijs, quae antea scripserat reuocaret eo loco, hanc iterum confirmet, et quasi testamento consignatam posteris tradat. Hieronymus Perez in 1a par. D. Thom. q. 23. ar. 7. 2. tertio Notand. 2. praesertim ibi, Non praescripsimus.

Atq ut alios Thomistas breuitati studentes reticeamus, Magr. Martius vir doctissimus, et primariae olim Cathedrae in Salamaticensi Academia professor. Et Magr. Joannes Vincentius publicus item in eadem Academia Theologiae professor, ambo ex Dominicana familia fortissime con hanc physicam praedeterminationem in suis praelectionibus disputarunt. Et quoniam accepimus aduersarios Card.lis Toleti auctore quasi

quam ii ab eorum sententia stetent, nam hanc physicam praedeterminationem astruere, opere pretium duximus hic partem aliquam eorum disputationum inserere, quas ille in suis commentarijs in pma parte et 2a 2ae docuit, cum hac de re acerrime disseruit, eius n. prohibitionis sua ipsius manu conscriptae apud nos sunt.

Toletus igitur in pm partem q. 14 ar. 13. q. sua, pma conclus. haec dicit: Deus concurrens cum causis 2is nd ita concurrit, ut ipsas moveat, et applicet ad opus: sed una cum ipsis immediate producens effectus, idq. multis rationibus probat, et late ipsa concl. 3. quae sacrarum litterarum, et sanctorum Patrum testimonijs, et multarum etiam rationum momentis egregie confirmat. Et in q. 19 d. Thom. ar. 1. dub. 2o Ubi Caietani sntiam locis superius allatis optime defendit, haec habet: Si alteram sntiam defendamus, quae mihi uisa est superius, quod 2a causa non agit motu a Deo, sed simul cum Deo, et ipsius 2ae sit prius a quo determinare ad exercitium ut nd uellet doctrina Scoti, et Et in 2a 2ae in materia de fide q. 109 ar. 7. q. unica post dubium 4m conclus. 3. Aliud est, inquit, aux.m efficax ex parte hois, quia enim sufficiens aux.m si homo quod in se est faciat nd dissentiendo fieri efficax, si uero dissentiat manere sufficiens. Unde quod sit efficax, uel sufficiens, in hominis est potestate uolentis, uel nolentis cooperari Deo. Et hoc probo ex Conc. Tridentino sess. 6 can. 4. Ubi dicitur, arbitriu sic a Deo moueri, ut possit dissentire, et non dissentire; si g. pot dissentire, dissentiat, erit iam aux.m sufficiens; si aut ~~[illegible]~~ pot [non disceptire] non dissentiat, erit g. efficax. Igitur hois est facere in se aliquando aux.m efficax, uel inefficax. Probatur 2o quia alias nullum esset aux.m sufficiens; nam uel homo pot cum hoc operari, uel non; si non igitur non est sufficiens, si pot operetur, erit g. efficax. Et in peculiari quadam tractatione de gra circa eandem quaestionem 109. D. Thom. ar. 7. dub. 1. dicit, auxilium sufficiens est, quo posset homo si uellet operari, efficax est quo de facto operatur non sic est intelligenda ista distinctio, quasi sit sumpta ex parte Dei, nam ex parte hois id est quod aux.m sit sufficiens, uel efficax; si n. homo accepat Dei aux.m sufficiens fit efficax, et si resistit, manet sufficiens. Igitur cum in hominis sit potestate resistere, uel acceptare Dei aux.m ipsius est efficax constituere. cum hoc id est quoddam aux. Dei magnum, quo te resistere posset homo, id de facto conuertitur. cognoscit n. Deus quo conuertetur homo, et hoc pot dici efficax. Hec Toletus.

Ex alijs Doctoribus Scholasticis

Eandem nostram sntiam con physicam praemotionem tuentur Scotus in 2. d. 37. q. 1. §. Ad solutionem Et in 4. d. 49. q. 6. §. dico ergo. Ocham in 1o d. 38. q. unica §. Circa istam opinionem. Gabr. in 2. d. 37. q. 1a ar. 1. et in 1o dist. 45. q. unica conclus. ult. Et in 2o dist. 1. q. 2. ar. 1. notab. 2. art. 2. concl. 4 art. 3. dub. 1. Grego. in 1o dist. 38. q. 2. ar. 2. Et in 2. d. 28. q. 1. ar. 3. ad 12. Aug. Bacho 1. d. 40 q. 1.

UNIVERSITARIA DE GRANADA

q. 1. ar. 2. versic. Ulterius sciendum Almaynus tract. 1. Moral. cap. 1. et 4. Angelus lib. 1. suorum Moral. c. 1. Payva lib. 4. Orthodoxarum explicationum versic. At inquis, hace Sotus lib. 9. de iustitia. Cordubensis lib. 1.o Quaestionarij q. 55. dub.o 8. et d.o 10. 8. notand. 2.o Joannes à Bononia lib. de praedest.e p. 2. de lib. arb.o pag. 103. Bellarminus tom. 3. lib. 4.o lib. arb. c. 12. lib. 4. c. 14. ex multis Patribus c. 15. et 16. et optime Valdensis lib. 1.o doctrinalis Fidei cap. 25. ex Aug.o et Anselmo necessitatem Vuiclephisticam contrariam sententiam appellat, et cap. 20. falso ait imponit D. Thomae nouam esse nec ex antiquis Patribus deduci. Auertuntur hi ij, qui gratiam cum libertate consentire docent, quia potest homo Deo mouenti resistere, ut multi tum Patres, tum Doctores Scholastici superius allati docuerunt, et Doctores Colonienses in censura con. Cathechismum Monhemij dialogo 2.o pagin. 36. quorum sententiam refert, et confirmat Didacus Payva vir doctissimus, qui Tridentinae Synodo interfuit, lib. 4. orthodo. explicationis fol. 139. et 141. et sequentibus. Et Castro con. Haereses verbo Gratia Haeres. p.a c. 4. et verbo liber. arbit. ad 2. obiect. Haeres. 1.a Turrianus lib. 7. in D. Clementem c. 35., et lib. 4. con. Magdeburgenses c. 2. Stapletonius fuse lib. 4. de iustificat.e c. 8.o et non minus aperte, quam nos ipsi multis in locis hoc docet vir sane doctissimus Chunradus Petri epus leouardien. lib. de lib. arbit. c. 2. c. 8. et hace arg. ap.lt c. 9. et 10. Omnes denique illi nostram sententiam astruunt, qui in duobus aequalem motionem gratiae consertionem Tridentis habentibus alterum dumtaxat consentire uolunt, alterum aut. dissentire, aut minus permoueri, et maiore aux.o excitetur, ut Hugo de S.to Victore annotationib. in c. 9. epist.ae ad Romanos. Bonauen. in 4. d. 16. ar. 1. q. 1. Albertus hodorensis lib. 2. sem. tract. 2. c. 3. Jo. Driedo tract. 4. de Captiuit. et redemptione generis humani c. 2. p.te 5. versic. 5. ex superioribus. Ruardus ar. 7. con. Lutherum propos.e 7. et 10. Andreas à Vega lib. 6. in Trident. c. 9. q. 3. iunctis 4. et Robertus Bellarminus lib. 6. de lib. arb. c. 15. initio 9. et alij quamplures.

Ex quibus omnibus patet tum Academias, tum Religionum omnium Viros doctos, tum caeteros catholicos scriptores in hac nostra sententia fuisse. Ex Academijs quidem, ut nonnullas recenseamus Parisiensis non modo tempore Alberti, Alensis, D. Thom. Scoti aliorumque, sed etiam nunc in Concilio Senonens. Louaniensis ut patet ex Driedone Ruardo Joanne de Bononia Cunerio, Hasler. et alijs Coloniensis ex actibus ipsis con. Catechismum Monhemij Complutensis ex subscript.e nostrae sententiae tradita Apl.co Nuncio. Salmanticen. magna ex parte, ut uidere est ex Soto Magro Mantio, Magro Joan. Vinc.o fratre ludouico legionensi etc. Eandem quoque sententiam amplexati sunt praecipuae Religionum doctrina, ex Dominicana familia S. Thom. Albert. Heruaeus, Capreolus Cajet.s Ferrariens. Sotus, Magr Mantius, tum ex Franciscana; Alensis Bonau.a Scotus, Ocham, Corduba, Vega, tum ex Augustiniana, Aegidius. Gregor. Arimin. Ludouicus legionen. et alij. Ex Carmelitana Valdensis Bacho tum ex ordine Redempt.is captiuorum Magr Hier.s Corundem gnalis Vic.s Et ne à Molina primum in nostra Societate inuecta dicant aliqui eandem secuti sunt Pr laines,

Pr

P. Salmeron, Card.lis Toletum, Ferrarium, et Suarium, Valentia, Bellarminum, et alijs praeter ea. Deniq. omnes fere viri docti, qui libertatem arbitrij suis disputationibus vindicant ab Haereticorum insanijs et tot eos scriptis voluminibus agunt. omnes, inquiam, quos brevitatis studio reticemus, sane nostram sententiam ut necessariam ad eorum prava dogmata confutanda pro viribus defendunt. Illud autem hoc loco reticendum non est, omnia illa Patrum, et aliorum testimonia, quae in suam sententiam congerunt Patres Dominicani, eorum sententiae nihil prodesse, cum de hac physica eorum praemotione apud Patres et alios ne verbum quidem, ut in responsione quadam ad eorum censuram late ostendimus.

Ex absurdis quae inde sequuntur.

Ex ea sententia multa absurda, et Haereticorum huius tempestatis erroribus maxime consentanea liquido manant; cum vero sententiam Patrum Societatis ad eorum prava dogmata labefactanda aptissime aptam, et necessariam esse multi viri doctissimi tradiderunt.

1.m Absurdum. Novum in Theologorum scholas introducit gratiae sufficientis modum, et hactenus inauditum et vim satis liberis, Concilijs Patribus pugnantem: semper n. omnia auxilia sufficientia, quibus Deus homines movere, atque excitare solet ad illustrationes pias affectiones, et alios actus eiusmodi vocant Patres, quae omnia a physica hac praedeterminatione distant longissime. Ad rem in primis ijsdem fere sacrarum literarum testimonijs modus iste reijcitur, quibus sententiam nostram supra confirmavimus. quae omnia ad hunc novum modum evertendum aptissime faciunt. Praeterea Conc.m Trid.m sess. 6. cap. 5. cum exordium Justificationis in adultis a gratia Dei sufficiente sumendum definiret, explicans, quaenam ea sit, haec adiungit: Hoc est ab eius vocatione, qua nullis existentibus eorum meritis vocantur. Ergo Conc.o idem est gratia sufficiens, et vocatio, neque huius physicae praedeterminationis ulla mentio. Ad hoc conspirant illa cap. 6. et can. 3. et 4. quae alibi pluribus. Conc.m Arausicanum 2.m can. 5. ibi Per gratiae donum i. per inspirationem Spiritus S.ti, et can. 7. ibi Absque illuminatione, et inspiratione Spiritus S.ti. Idem Conc.m Senonense cap. 15. Quid plura Coelestinus Papa Epistola ad Epos Galliae, habetur tom. 7. inter epist.as Aug.ni 9 tradens ijs Epis quaedam quasi Canones fidei a Patribus acceptos, inter caeteros affert Canonem Eporum Africae, in Epist.a quadam ad Zosimum, in quo illa verba scripturae: Praeparatur voluntas a Dño explicant hoc pacto. Ut boni aliquid agant paternis inspirationibus suorum ipse tangant corda fidelium. Non ergo hi Patres aliquam vel exigunt, vel agnoscunt gratiam, quae praedeterminando voluntatem sufficiat, ac Deo corda fidelium, sed haec tantum illuminationes, inspirationes, vocationes, ac similes animorum motus, qui ad vocationem referuntur.

Ex Patribus quidnis ea quae attulimus, ad hunc locum plurimum faciant, alia tamen adducere visum est.

Aug.s, quem in disputationib. de gratia, et lib. arb., omnes tanquam Doctorem ac magistrum divinitus datum Ecclesiae agnoscere et sequi debent, lib. de spiritu et lit. c. 34. post multa: Verum et quod illorum, inquit, suasionibus agit Deus, ut velimus, et ut credamus, sive extrinsecus per evangelicas exhortationes, ubi et mandata legis aliquid agunt, si ad hoc hominem admonent infirmitatis suae ut ad gratiam iustificantem credendo confugiat

sive

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA